

1845

P O L E M I C I.

1846

quam igne cremaretur Viennæ in Austria Anno 1528. totus factus errabundus pueros noluit confiteri, an saluentur uel damnentur, sed idipsum committendum esse misericordie dei et eius omnipotentie. Etiam Anabaptisimum semel abiuravit et reuocavit in Ciuitate belueticorum Zurich &c.

CCCCLXIV.

- 659 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 29. 4. inscribitur: *Colloquia privata Super publico colloquio pro concordandis nonnullis in christiana Religione controuersijs, nuper Vuormatie cepto, Ratisbonæ uero (quod faxit Deus Opt.) in Comitijs Imp. consummando. inter D. Fridericum Nauseam, M. Philippum Melanchtonem, et M. Bucera habita. Sequitur: Additus est etiam Catalogus Doctorum tam Catholicorum, quam Protestantium, Vuormatie presentium. Verum Catalogus is in Exemplo non comparet. Denique infra haec adscriptum alia manu: Ex hoc Exemplari Viennæ impressus est hic tractatus. Et adjacet mihi haec Impressio, quam tribus Exemplis seruat Bibliotheca Augusta, quamque, ut nec Locum, nec Annum praeferrat, testimonio tamen Codicis, et characteribus Officinae Singrenianae noscendam in Supplemento Historiae meae Typogr. Viennæ vernac. descripsi. Colloquio publico Wormaliae initium datum est 13. Jan. 1541. inter Phil. Melanchthonem et Job. Eccium Denis Codd. Theol. V. I. P. II.*

Moderatore Granvellano, finis impositus 17. ejusd. mensis, tractandis omnibus ab Imperatore Ratisbonam avocatis. Noster uero privatus congressus inter Viros supra nominatos, quibus accensendus D. Casp. Cruciger, incepit 19. Dec. 1540. in aedibus Job. Frid. Aurimodii Doc. Theol. et Praedicatoris Eccl. Wormal. ubi Nausea e lithiasi aeger decumbebat. Constat is praeter oretenus ultro citroque dicta Epistolis Philippi ad Nauseam III. Buceri ad Eundem IV. quarum ultimae maxime prolixae in Cod. et Impressis subditur: Respondisset ad haec omnia ipse D. Nausea, nisi preter omnium opinionem ob Imperatoris aduentum solutus fuisset Colloquij Conuentus, Die XVII. Januarij, Anno MDXXXI. Atque hic fuit hujus, ut omnium, Colloquii eventus, in quo tamen humanitate et moderatione utrinque certatum est.

CCCCLXV.

- Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 342. continet Scripta Polemica Johannis Felicis cujusdam Poloni O. M. quorum breuiter texemus Catalogum, cum iis immorari operae pretium non fit, unde et a Waddingo in Scriptt. Ord. sui praeteritus videtur. Epistola ad illustrissimum Regem Romanorum ac Boemorum Ferdinandum cum omnibus filiis suis, in qua Luthero offertur Monomachia: eo pacto ut victus decolletur

S s

colletur